

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W. — 28, Orchard Street.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.**

Apud
COMMISSIONAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM
LIBRAIRIE VIC ET AMAT
CHARLES AMAT SUCC.

Rue Cassette, II.

IN HUNGARIA

Apud
C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DE HAGANO CONVENTU CIRCA PACEM	Eucalyptus.
MORES IUVENUM GERMANORUM STUDIIS VACANTII	A. Costaggini
DE TELEGRAPHO APUD VETERES GRAECOS	D. TAMILIA.
IN VINCOLA S. PETRI APOSTOLI	F. X. REUSS.
EUROPAEORUM IN AFRICA COLONIAE	Laelius.
DE PORTIUNCULAE TEMPLO APUD ASSISIUM	H. D. V. Pieralice.
DIDACUS DE SILVA Y VELASQUEZ	I. Antonelli.
EX ITALIA — Novocomensis de electride et sericis publica recognitio igne absumpta	A. L.
STELA IN ROMANO FORO EFFOSA	Romanus.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	A. Morchio.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Cur Tertius dictus est Napoleon.	
Equi nullius.	
Iustitia claudicans?	
Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

VIII num. ann. II.

Angli in coloniis deducendis principes - H. A. STRONG.
Humani ascensus - E. DI BISOGNO.
De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.
Sophocles et Shaksperius tragicae artis anti-stites - D. TAMILIA.
Torquatus Tassus - H. PIERALICE.
In querum Torquati Tassi turbine deiectam - N. FILONARDI.
Nocturna lumina ad mare - HERCILUS.
De fragmentis formae antiquae Urbis nuper in lucem prolati - H. MARUCCHI.
Ex Germania. Pompeii Russici - L. KANT.
De columbis viatricibus - LAELIUS.
Vita functi viri clariores - C.
Insignia equestria - SENIOR.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Quaestiones inter socios propositae. - I. Quanam lingua scriptum: *Mane, Tekel, Phares?* - L. W. SZCZERBOWICZ.
Ephemeridum scriptorum conventus Romae congregatus - SCRIBA.
Aenigmata - GYRPHUS.

In secunda operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Pericula in cognomine* - P. d. V. — *Ioci* - D. MACRAE.

IX num. ann. II.

Kalendas Maiae - A. MARTINI.
Val-des-Bois - H. D. V. PIERALICE.
De canoris nugis - P. ANGELINI.
Maius in agro, in templo - FRANC. XAVERIUS REUSS.
Sartor iudeus poeta - D. TAMILIA.
Marianus Armellini eiusque scripta inedita - *Vox Urbis*.
De ritibus exsequiarum in antiqua Ecclesia - MARIANUS ARMELLINI.
Caecilius Rhodes - I. ANTONELLI.
Ferreis axibus stratae viae per Africanam - SCRIBA.
De Pontificiis *Cappellis* - SENIOR.
Floralia - A. COSTAGGINI.
Expressi in humano sermone mores animantium - X.
Sapientia inventa - L. M.
Ex Gallia. Victoriae, Anglorum reginae, vitae consuetudo Niceae ad Varum - A. VIEILLOT.
Divae Fortunae codex - LAELIUS.
Annales - POPLICOLA.
Librorum recensio.
Aenigmata - DIGAMMA.

In secunda operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Semper in mordacem Horatius* - *Canes bene de humano genere meriti* - *Novae aurifodinae* - *Ioci* - P. d. V.

X num. ann. II.

Ingruit hora - JOSEPH TONILO.
De coloniis Germanorum - P. ALT.
De theatris adeundis - I. ANTONELLI.
De versibus latinis ad italicum numerum - P. ANGELINI.
Solatia in adversis, moderamen in prosperis - J. SERIK VITINSKY.
Ludi et festa mensis Maii - D. TAMILIA.

De morbo cui vulgo ab *influentia* nomen - Dr. L. KAUL.
Haga urbs - ALPHA.
Alafridus Krupp - A. COSTAGGINI.
Ave Maria - N. FILONARDI.
Acta Sanctae Sedis. - Indictio Universalis Iubilaei Anni Sancti MDCCC - THOMAS.
Vita functi viri clariores - C.
Telegraphic signa nullo adhibito metallico conductore transmissa - L. M.
Turriti galeri fasta et nefasta - A. VIEILLOT.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - H. P.
Quaestiones inter socios propositae. - II. De novis verbis - H. EWARTH.
Aenigmata - DIGAMMA.

In secunda operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Electridis ad conciliandum somnum usus - Europae quid solis et lucis, quid umbrae et pluviae?* - Novum chartae elementum - Barba patriarchalis quanta - P. d. V.
Epistolarum commercium - A SECRETIS.

XI num. ann. II.

Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum - EUCALYPTUS.
De Anno Sancto qui dicitur iubilaei - H. DE VECCHI-PIERALICE.
De prima puerorum institutione apud Romanos - I. IACHINO.
Angelus et infans - F. X. REUSS.
De spectaculorum pernicie - I. ANTONELLI.
A traheia ad currus "auto-mobiles" - SENIOR.
Eucharistici triumphi - P. PASQUALI.
Ex Batavia - M. L. MICROVIR.
De Collegio Pio Latino Americano Romae instituto - ALPHA.
Lazarus Spallanzani - A. COSTAGGINI.
Nova ad septentrionem profectio - X.
In herbam nicotianam - D. MACRAE.
Liberalium artium opera Venetiis nunc collecta atque publice exhibita - A. L.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio.
Aenigmata - I. SULLIVAN.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Utilitas chronologiae* - *Ioci* - P. d. V.

XII num. ann. II.

Auspicio de Europae bellis vel pace - ROMANUS.
De recenti morbo et restituta valetudine SS. D. N. Leonis PP. XIII - Dr. Ios. LAPPONI.
De optimis scriptorum graecorum et latinorum editionibus - F. RAMORINO.
Catholicum athenaeum Insulense - D. TAMILIA.
De curribus electrica virtute actis - L. M.
Parens iustitia pacis - A. BASILI.
Ex Batavia - MICR.
Male feriantes Belgae operarii - A. VIEILLOT.
De aedibus Ss. martyrum Ioannis et Pauli in clivo Scauri - SENIOR.
Aemilius Castelar - A. COSTAGGINI.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Americani Concilii ritus - X.
Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Quaesitis responsio - H. D. V. PIERALICE.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - C. MANCINI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Athenaei praeses natu minimus* - *Ephemridum scriptorum fata* - I. A. — *Domuspolis* - *Quid necesse sit spectantibus curationem leonum* - P. d. V.

XIII num. ann. II.

In Ioannem Baptistam Grossum praepositum curiae Ioanniana Braidenium apud Subalpinos annum xxv sacri muneris agentem - I. B. GANDINUS.
Ex Sinensis imperatoris recenti decreto quadam cogitate inferuntur - EUCALYPTUS.
De dramatis emendandis - I. ANTONELLI.
Veteres athenaeorum mores - A. COSTAGGINI.

In festum sancti Petri apostoli - F. X. REUSS.
Ferreum iter Transiberianum - A. LUZZANI.
De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.
De sericis textilebus arte confectis - LAELIUS.
Petrus Parenzo - A. FUMI.
De consistorio - H. D. V. PIERALICE.

Numen ubi?... - A. BASILI.
Carolus Nocella patriarchatus Antiocheni titulo decoratus - F. PELLEGRINI.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.
Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Singularis tessera - Deambulatio per aquas - Ferrumne ex paleis?* - *Londinenses in Britania - Medici Lutetii Parisiorum* - *Ioci* - P. d. V.

XIV num. ann. II.

Ibidus Iuliis MCXCIX - ROMANUS.
Hierosolyma urbs capta (Ex opere G. Tyrii cui titulus: *Belli Sacri Historia*).
De populari ingenuarum artium ratione - I. ANTONELLI.

Constantinus Christomanus eiusque opus, cui titulus *Tagebuchblätter*, I. Folge - C. DE PACIS.
Ad Laurentium Perosium musicum clarissimum - A. ARTIOLI.

De Nova Zelandia - H. A. STRONG.
Arcendae ebrietatis ritus apud maiores - LAELIUS.

De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.

Maximum inter animalia Brontosaurus - H. DE VECCHI-PIERALICE.

Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum.

Vita functi viri clariores - C.

Frustula - FORFEX.

Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.

Ludi veteres et recentiores - ALPHA.

Aenigmata - M. FUSCUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.

Varia: *Beneficia etiam ferae sentiunt* - SALPA QUI. — *Ioci* - P. d. V.

Q ui hal
negligendas
propter, qua
actum perd
num cursum
sententiam

Sapienti
nunquam s
teris hoc p
principes, q
tando atque
reputantes,
inter se in
militibus na
scenderent; c
afferebat, ne
distractam, t
rentur, tum
beretur.

Facile a
litterae ipsa
tamen princ
populis ob i
tati impende

Exceptum
Hagam con
eruditissime c
lico apparatu
puli opprimu
rerum conditi
memini serio

Et quidem
visa est in si
efficax fuisse
sed praecipue
sceptis de var
his enim, qu
tur posse co
diminutionem
gumento est
stentum, perh
constitutum a
arbitratum de
vendum cens
ad eum invoca
tiali sermone
gatus, qui co
Haganum co
iussisset, opti
declaravit, id

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE HAGANO CONVENTU CIRCA PACEM

Qui habitus est Hagae conventus multas quæstiones proposuit utilitate quidem minime negligendas, dubio tamen successu, præsertim propter, quæ occurrit, difficultatem, ut rata ad actum perducantur. Verum illarum disputacionum cursum continentem nobis sequentibus liceat sententiam libere profiteri.

Sapientissimus Russorum imperator, consilio nunquam satis laudando, humanissimis suis litteris hoc potissimum contendebat, ut Europæ principes, quæ ex nimio belli apparatu sustentando atque augendo in populos mala redundant reputantes, modum aliquem excogitarent, atque inter se in id coniurarent amice, ut ab armis, militibus navibusque comparandis aliquando discederent; causam autem prudentissimi consilii afferebat, ne propter publicam pecuniam in id distractam, tum commercia industriaeque minuerentur, tum prosperitas omnis e civitatibus elaberetur.

Facile autem intelligi poterat, quamvis id litterae ipsae non aperte significarent, moneri tamen principes de periculis, quæ ab oppressis populis ob intolerabilia tributa universæ societati impenderent.

Exceptum plausu consilium; viri lectissimi Hagam convenerunt; de variis quaestionibus eruditissime disputatum; sed de minuendo bellico apparatu, de malis, quibus hac de causa populi opprimuntur, de gravissimis quæ ab hac rerum conditione damnis exspectari possunt, non memini serio factam mentionem.

*

Et quidem ab initio conventus illius non mihi visa est in singulis, qui convenerunt, oratoribus efficax fuisse voluntas aliquid e re decernendi; sed præcipuum potius eludendi propositum, susceptis de variis argumentis disceptationibus. Ex his enim, quæ pertractata sunt, haec videntur posse concludi: nullam armorum factum iridimensionem; si quid enim gravius de hoc argumento est allatum, ad futurum concilium dissentum, perbelle nimirum repulsum; nonnihil constitutum ad leniendam belli atrocitatem. Ad arbitratum denique quod attinet, eum promovendum censuerunt, non tamen ut quisquam ad eum invocandum obstringatur. Atqui in adiiali sermone quem vir ille, russici imperatoris legatus, qui conventui praeerat, solemniter habuit, Haganum conventum, si arbitratus necessitatem iussisset, optime de humano genere meritum declaravit, idque futurum, ut nunquam rei me-

moria deleretur. Quin etiam in libro, quem *viri dem* appellant, ubi legatis de quo disputarent propositum est, scriptum quoddam viri Descamps, belgici senatorii ordinis, relatum est, qui arbitrorum tribunal perpetuum non *postulatum* tantum, sed *disciplinarum*, quibus mores consuetudinesque civiles reguntur, *consequentia* esse docet.

*

Porro quaestio, prout ab augusto Russorum principe proponebatur, eiusmodi erat, quæ non per oratorum consensum resolvi posset: licet enim omnes de belli apparatu minuendo convenissent, duplex surgebat nova quaestio, de modo hanc diminutionem obtinendi, deque controversiis, quæ in praesentiarum inter nationes existant, componendis, ut sine cuiusquam periculo haec imminutio effici posset. Has resolvendi quaestiones difficultas prudentes oratores minime latuit. Quis enim controversiarum iudex? Quæ tanta auctoritas, cui dissidentes acquiescerent? Armorum enim comparatio mutui timoris est effectus: causæ primum bellorum removenda.

*

Num inter partes mediator invocabitur? Minime tutum. Urasque agit mediator; iudicium profert quod sequi, vel non, ipsis partibus liberum. Ipsum autem mediatoris officium, ex his quæ proxime dicemus, nec facile nec efficax reperietur. Ad arbitratum igitur confugiendum: arbiter enim creditam sibi in contendentes exercet potestatem, iudicat quod aequum sibi videtur; litigantes autem eius sententiae acquiescere tenentur, finemque controversiæ imponit.

Verum quis arbiter inter litigantes? Quis iudex in hodiernis controversiis, cuius sententiae nationes sine ullo timore aut suspicione libenter acquiescant? Potest quidem imperator aut republicae praeses arbiter invocari; potest etiam stabile a nationum principibus de controversiis inter se tribunal constitui; sed quam aegre officio suo fungeretur, quam saepe sine ullo probabili successu! Potentior arbiter non sine invidia facile iudicabit; debilior ad mediatorem accedit, nec facile, ut partes sententiam suam vereantur, impetrabit. Privatum arbitrum eligere non decet nationum dignitatem, nec magni momenti eius sententia putari potest, præsertim propter summam difficultatem inveniendi virum tam, quem populi « ut conspexere, sileant, atque arrectis auribus adstant ».

Ad constituendum autem stabile inter regna tribunal, licet hoc omnium consensu fieret, quod negari posse videtur, id necesse est: nationes,

quæ ad hunc arbitratum concurrant, ab omn cupiditate, ab omni alterutrius partis studio, a quavis sui commodi curandi suspicione expertes esse. Studiis vero, timore, cupiditate, ambitione carere difficile est populorum rectoribus; periculum igitur, ne pro pace bellum exardescat, quique ad iudicandum appellati, ipsi inter litigantes maxima populorum pernicie convolvantur.

Ipsas autem sententias qui possunt omni suspicione liberare, quum ratio habeatur de singularum iudicantium vel utilitatibus, vel studiis, vel etiam in ceteros auctoritate? Inter cupiditates atque hominum ambitiones minime est igitur exoptatus arbiter quaerendus.

*

Quid ergo?

Athenienses, ut quæ pro Graeciae utilitate decernebant populus libenter praestaret, Delphicum oraculum consulebant; idem et Romani, qui insuper sacerdotibus religionibusque pacis bellique arbitrium permiserunt.

Atqui nonne Dei viventis cultus inter nos? Christus princeps pacis scelesto impiorum consilio crudelissima nece est affectus, sed opus eius non perit, et per Crucem terrarum orbis ab assidiuis armis requievit. Ope præsertim Pontificum, quibus operis sui Christus ipse prosequendi munus credit, novae virtutum species, disciplinae, artes floruerunt, regna constituta, leges traditae, barbaræ gentes ad humanitatem redactae. Ipse Pontifex omnibus praesto esse, miseris succurrere, oppressos relevare, impotentibus resistere, boni principis saepe, optimi patris ac sacerdotis semper munia tot saeculorum lapsu constantissime implere.

Pontifex suæ ipsius dignitatis natura pacis arbiter in terris constitutus est: Dei enim vicarius, idem officium in omnibus inter homines controversiis a Deo pacis principe sibi traditum habet, ut ad arbitrii munere fungendum invocandus potius quam delegandus sit. Docet quidem historia quoties, sive invocatus, sive open suam offerens, Summus Pontifex pacem inter dissidentes nationes composuerit, populos ab excidio liberarit.

*

Haec sane rerum publicarum rectoribus perspecta sunt; at parum fuit animi ea coram orbis terrarum gentibus edicere. Summi Pontificis oratori locus est in Hagano conventu negatus: ut ex eodem de pace tuenda concilio optabiles exitus habeantur, haud multum confidere licet.

EUCALYPTUS.

MORES IUVENUM GERMANORUM STUDIIS VACANTIUM

Iis, quae alias (1) adnotavimus de antiquis moribus Germanorum studiis vacantium, nonnulla de ho- diernis eorumdem consuetudinibus aptissime adi- cienda arbitrii sumus, ac praecipue de instituto quod, etsi Germanorum omnium nostri aevi peculiariis ve- luti nota facile habeatur, inter alios etiam athenaeo- rum coetus maxime eminere videtur: collegiorum et ineundae societatis studium ubique et cura.

Multitudo enim omnis iuvenum qui in Germania studiis vacant, innumeris pene sodalitiis scinditur ubique et distinguitur, quae in unum coeundi proclivitas tam cara iis est, ut perraro iuveni occurrere detur, qui vitam in solitudine degendam sibi elegit. Hunc contubernales monstrum velut ac prodigium aliis digito monstrant, atque uti rusticum, asper- rum, inurbanumque passim compellant et habentes, solitariam vitae rationem non amplius tolerandam efficiunt.

Vi igitur aut amore, velis nolisve, sodalitio ali- cui est nomen dandum; cuius eligendi facultas, non tam libertate maxima, quam innumera eorum copia et varietate, amplissima est; nam et infrequentibus saepe in urbibus, licet discipulorum numerus vix ad mille sit, eos tamen in vigintiquinque vel triginta so- dalitia distribui non semel adnotatum est.

Quod autem humanae veluti perfectionis exem- plum antiquitus est optatum, ut menti sanae sanum corpus despontaretur, id saepe a laudatis sodalitis vi- ritim cavitur, quorum alia ad corporis vires exer- cendas, alia ad ingeniorum roborandam aciem sunt constituta.

In primis itaque mirum nemini videbitur singu- laria certamina maxime esse in honorem, ad quae fortiter ineunda quibusvis gymnicis ludis sodales apti- fiunt, ac iureiurando sese obstringunt, ut eorum con- suetudinem data occasione totis viribus tueantur; in aliis contra, iisque sane potioribus, ad disciplinas literasve omnes excolendas coguntur, ut in studiorum certamen paratores descendant.

Quae vero utrisque communes videntur, flavae ce- revisiae libationes, frequentissimae sunt, et quo magis liceat, copiosae, in quibus sane mira concordia est, nec eae vident draconianae leges, quibus sodales singuli arctissimo nexus constricti, alii ab aliis quam longissime differunt. Communis enim omnium Germanorum est laus statutis ab auctoritate libere electa regulis adamassim obtemperare, quod vel iuvenes rigidissime praestant; nam et in suis coetus iuxta leges frequentissimi convenient, nec contrariae ullius factio- nis aulas ingrediuntur unquam, et si qui aliter peccent, statim expelluntur. Quid plura? Opiniones in disciplinis naturae, praedilectiones operum ingenuarum artium non suadet tantum coetus sed potius iubet, quod plerumque ipsis viatoribus vel ex concordi can- tiuncularum sonitu, quo alter ab altero distinguuntur, facile innotescit.

Est immo et provectioni aetati quaedam aucto- ritas tributa, ita ut non a praesidis tantum, sed a maiori natu quoque iussis nulla sit provocatio, quibus contra ius errantes admonendi et mulctandi protertos concessum est. Poena vero potissima ac maxime frequens bibula indicitur, cyathum cerevisiae plenum uno haustu deglutire: cerevisiam enim potuum reginam habent, et ad praemium et in poe- nam pariter utuntur; imo officiis, quibus ad invicem sese colunt, nomen ex ea indiderunt *urbanitatem ce- revisiae*.

(1) Cfr. num. XIII, an. II.

Tot vero consuetudinum unum est prae omnibus pretium, plures patresfamilias, qui studiis vacaverint, sodales honoris titulo retineri, quorum profecto experientiam et virtutem in congregatos iuvenum animos regendos, et moderandos, plurimum valere necesse est, ita ut a vitiis facilis tuti, potioribus circuli dele- ctamentis recreari ad invicem queant.

A. COSTAGGINI.

DE TELEGRAPHO APUD VETERES GRAECOS

NIHL sane mirandum puto, si de telegrapho apud veteres Graecos loquimur; ea enim signa exprimere volumus, quibus res e longinquo significabuntur; quo in genere Zambaldium potissimum se- quemur, qui de re perbreve quidem, sed doctam commentaryem conscripsit (1).

Iam inde igitur ab antiquissimis temporibus Graeci, ut quam citissime res e longinquo significarent, faces vel ignes (qui graeco nomine πυροι, φωναι appellantur) adhibuere, sed in re tantum bellica aut ad periculum imminentem indicandum, aut ad auxilium petendum. Homerus enim similitudinem comparans (Il. XVIII, 211) insulam describit obsi- dione clausam, cuius incolae noctu faces continuo in- cendunt, ut finitimi videant, si forte opem ferre ve- lint. Ex eius verbis hoc tantum apparet, ignes non certas et antea statutas res exprimere (quod maxi- mum est iis, qui e longinquo inter se communicare volunt), sed tantum periculum aliquod. Verum in cycli epici, qui dicitur, poematis aliquid certi et antea statuti fuisse suspicari licet; unde Vergilius ignem illum fortasse sumpsit, quo accenso Simon sensit equum sibi aperiendum esse, ut inclusi milites exirent ad delendam urbem. Itemque Agamemnon antea cum uxore convenerat se ignibus eam cer- tiorem facturum de Troia capta. In principio enim Aeschyli *Agamemnonis fabulae* accensi ignes Troiam eadem nocte captam esse significant; Clytemne- stra autem (*Agam.* 293 sqq. Weckl.) chorum docet ignem profectum esse ex Ida monte in Hermaeum Lemni collem: illinc ad Athos montem pervenisse: inde ad Pelium et per interiectas speculas, mon- tibus impositas, haud degenerem ab igne Idaeo in Atridarum domum intrasse. Quidquid est, hoc inferendum esse videtur ex Aeschyli verbis, eius temporibus res ignibus significari non solum inter loca ex adverso posita, sed etiam inter ea, quae longe inter se distarent, mediis adhibitis speculis.

Quae quidem res posterioribus temporibus haud dubie in communi Graecorum bellico usu fuit; nam Polybius, ignium utilitatem ad signa danda in bellicis rebus prosequutus (X, 43), « Ea quae modo facta sunt », inquit, « vel quae nunc fiunt etiam is cognoscere poterit, qui trium quatuorve aut plurium dierum iter absuerit ». Ceterum etiam Mardonius (*Herod.* IX, 3) putabat regi Sardibus versanti ignium ope per insulas accensorum posse significare se Athenas tenere.

Verum pulcherrimis Graeciae temporibus (ut omittam quae idem Herodotus narrat [VII, 182] « Graecos, Xerse in Graeciam adventante, ad Artemi- sum castra habentes per ignes e Sciathio editos tres e suis navibus a Persis captas esse cognovisse: quare territos ab Artemisio ad Chalcidem cum classe se recepisse Euripum custodituros ») ignes generatim adhibiti esse videntur, ut « hostes » vel « periculum adesse » indicarent. Athenienses enim ignibus certio-

(1) Cfr. *Atene e Roma*, II, 8.

res facti sunt (Thucid. II, 94) Salamina ex impro- viso captam esse a Lacedaemoniis; Thebani (III, 22) Plataeenses ex urbe nocturnos exiisse per ignes ad- moniti sunt; contra Plataeenses, qui in urbe erant, et ipsi ex moenibus multas faces sustulere ad hoc ipsum antea praeparatas, ut ignium signa hostibus essent incerta, utque hi suspicati aliud esse quam quod res esset, opem minime ferrent; Athenien- sens denique (ne plura afferam), qui apud Sextum erant, ex multis ignibus in hostium agro accensis intellexere Peloponnesios in Hellespontum esse in- gressos. Haec signa appellabantur « ignes hostiles » (πυροι πολέμου) erantque dissimilia eorum, quae co- pias amicas vel foederatas adventare nuntiabant (πυροι φίλων).

Ceterum hoc simplex dandi signi per faces genus prope inutile erat. Nam pauca tantum eademque antea definita significari poterant; innumerabiles contra res esse quae bello accidere ex improviso soleant, neque eas quemquam antea animo praeci- perse posse nemo ignorat.

Huic incommode prospexit Aeneas quidam, ae- qualis Xenophonti, qui *de re strategica* commentarios conscripsit. Huius operis exstant tantum quae de obsidionibus sunt; quae vero ad signa per ignes danda pertinent Polybius servavit (X, 44). Aeneae igitur inventum hoc erat: « Duo vasa fictilia par- randa esse quam maxime aequalia altitudine trium cubitorum (m. 1.28), latitudine unius (m. 0.46); eademque ita perforanda, ut ex canaliculis (καναλισσοις) aequali mensura, eodem tempore intervallo, aqua effluenter. His ita comparatis, subera paranda esse minus lata quam essent vasorum ora, et in iis mediis baculos aequales esse infigendos, in quibus notata essent paria intervalla trium digitorum. In singulis autem baculorum partibus scribenda esse notissima quaeque eorum, quae bello accidere sole- rent, essentque maxime universalia; ut: *Regionem equites ingrediuntur; Pedites gravis armature; Pe- dites cum equitibus; Naves*, et quae essent eiusdem generis. Deinde repletis aqua vasis, subera esse im- ponenda baculos infixos habentia.

His ita comparatis atque delatis vasis ad ea loca, ex quibus signa per faces danda essent, si quid eorum, quae in baculo essent scripta, accidisset, qui signa dare vellet, facem tollere debere et tantisper exspectare, dum alter speculator ex adverso facem sustulisset. Tum utraque face depressa, canaliculos utraque ex parte esse solvendos. Descendente igitur subere una cum baculo, cum ea scriptura, quae esset declaranda ad labra vasis accessisset, tunc faciem iterum in altum tollendam. Qua conspecta, illi qui in altera esset specula, canaliculum protinus claudendum et inspiciendum quidnam eorum, quae baculo inscripta essent, vasis labro responderet. Cum omnia utrobique paria et similia essent, utrique speculatori eandem rem declaratum iri, dummodo magna diligentia adhibita esset eadem celeritas ».

Haec ratio quamquam erat praestantior communi genere, de quo supra dictum est, tamen incerta erat atque indefinita (ἀπόστρων). Manifestum enim est neque omnes casus bello impendentes praevideri posse; neque, si cuncta prosplexisses, baculo *omnia* inscribi posse. Quin etiam ne eorum quidem, quae baculo inscripta erant, quidquam satis definitum erat. Bello enim non solum plurimum interest scire hostes ad- ventare, sed etiam *quot sint, unde veniant, in quam par- tem contendant*. Ceterum Aeneae inventum nunquam adhibitum esse videtur.

Sed aliud erat inventum, quod elementis lit- terarum continebatur, quodque a Cleoxeno et a

Democritus
atque p-
tem huius
signa ve-
unaquaque
litteraru-
dearer li-

A. B.

Uterum
duabus f-
dextram
set respo-
bellae re-
ster eius
pedes late-
ut faces s-
demissae
tis, quae
mis verbis
signum, s-
bat donec
ficabat utr-
utrinque i-
in altum t-
adspicienc-
duas si se-
faces elev-
set scriber-
ut exempli
ignibus si-
tabella; q-
dae, una
quinta tal-
que. Eade
figura, qu-

Verbum

e
z
g
q
o
t
Hoc in-
dissent, ce-
facile erat
eos quam
occasione,
possent. A
adsuefacto
communic

Quae
posteriori-
est; nam
venimus.

Haec
cos accep-

Praecl
quasi comp
haberi velle

ex impro-
ani (III, 22)
er ignes ad-
urbe erant,
ere ad hoc
na hostibus
esse quam
Athenien-
oud Sextum
ro accensis
um esse in-
es hostiles»
n, quea co-
nuntiabant

faces genus
eademque
numerabiles
improviso
imo praeci-
quidam, ae-
mmentarios
m quae de
per ignes
44). Aenae
a fictilia pa-
adine trium
(m. o.46);
lis (αὐλοντο)
vallo, aqua
aranda esse
et in iis
in quibus
itorum. In
penda esse
cidere sole-
: Regionem
aturae; Pe-
tius eiusdem
ra esse im-

ad ea loca,
si quid eo-
disisset, qui
t tantisper
ero facem
canaliculos
dente igitur
otura, quae
et, tunc fa-
nspecta, illi
n, protinus
rum, quae
deret. Cum
trique spe-
modo ma-
eleritas».
r communi
ncerta erat
nim est ne-
deri posse;
nia inscribi
uae baculo
erat. Bello
hostes ad-
quam par-
nunquam
mentis lit-
keno et a

Democrito excogitatum Polybius ipse emendavit atque perfecit, nobisque tradidit (X, 45). Erat autem huiusmodi: Eos, qui per faces sibi invicem dare signa vellent, *quinq̄ue* tabellas habere oportebat. In unaquaque autem tabella ordinatim scripta erant quina litterarum graecarum elementa; ultimae tabellae una deerat littera; quod ad rem nullius erat momenti.

I.	II.	III.
A·B·Γ·Δ·Ε	Z·H·Θ·Ι·Κ	Δ·Μ·Ν·Ξ·Ω
P·Ρ·Σ·Τ·Υ	Φ·Χ·Ψ·Ω	

Uterque autem speculator *dioptram*, quae dicitur, duabus fistulis instructam habebat; quarum altera dextram partem, altera sinistram eius, qui ignibus es- set responsurus, spectabat. Iuxta vero *dioptram* tabellae rectae ordinatim adfigebantur. Praeterea sinis- ter eius locus et dexter vallo obstruebatur decem pedes lato (m. 3.08), alto ad humanae statura modum, ut faces supra vallum elatae optime conspicerentur, demissae occulerentur. His ita utrobique compa- tis, quae ignibus significanda essent, quam paucissi- mis verbis scribi necesse erat. Tum qui datus erat signum, sublatis duabus facibus, tantisper exspectabat donec alter ex adverso suas tolleret. Hoc signi- ficabat utrumque ad rem paratum esse. Tum demissis utrinque facibus, primus speculator faces a sinistris in altum tollebat, ut declararet quaenam tabella esset adspicienda; quare si prima, unam facem elevabat, duas si secunda, et ita de ceteris. Deinde a dextris faces elevabat declaratus quota littera e tabella es- set scribenda ei qui datum signum excipiebat. Itaque, ut exemplum proferamus, sic verbum εἰρηποι (hostes) ignibus significabatur: Littera E est quinta in prima tabella; quare a dextris quinque faces erant elevan- dae, una a sinistris; littera autem X est secunda in quinta tabella; quare a dextris duo, a sinistris quinque. Eademque ratio in reliquis litteris erat, uti ex figura, quam subiicimus, facile intellegi potest.

Verbum	Faces tabellas indicantes	Faces litteras indicantes
ε	/	
χ		/
θ	/	
ρ		/
σ	/	
·	/	

Hoc inventi genus, quo omnia, quae bello acci-
dissent, certo et definito modo indicari poterant, haud
facile erat; nam qui negotium erant administraturi,
eos quam maxime exercitatos esse oportebat, ut, data
occasione, signa sibi invicem dare ullo sine errore
possent. At Polybius affirmit homines illi arti usu
adsuetos posse inter se facillime, quae vellent,
communicare.

Quae quidem ars non amplius crevit; quin etiam posterioribus temporibus omnino iacuisse probabile
est; nam nullam eius memoriam apud scriptores in-
venimus.

Haec tantum de telegrapho apud veteres Grae-
cos accepimus.

D. TAMILIA.

Praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberet vellet talis esset. (Cic., *De Offic. II*, 12, 43).

VOX URBIS



IN VINCULA S. PETRI APOSTOLI

*Roma sextiles celebrat calendas,
Quo die gaudet pietas Quiritum
Vincla, frondoso super Exquilino,
Visere Petri.*

*Densus accurrit populus: citatos
Diceret fluctus, mare quos ad oram
Volvit effervens, aliisque semper
Fluctibus urget.*

*Turba porrectas simul ut Catenas
Cernit, his frontem premit atque labra:
Nempe se Christo, praevante Petro,
Mancipat uni.*

*« O graves — ait — rigidique Nexus,
« Quos et Herodis furor et Neronis
« Cudit! invictae Fidei trophyea
« Vos colit Orbis.*

*« Membra vinxistis, decoranda gemmis;
« Quis inest expers animus timoris,
« Voxque, quae Christi sonat inter ipsa
« Vincula laudes.*

*« Nec diu Petrum tenuistis: ultro
« Cui foras clausae patuere; cuique,
« Denuo vincito, via se reclusit
« Fulgida Caeli.*

*« Ferte, si corpus dolet, alma Vincla!
« Ferte, si languent animi, salutem;
« Umbra quod Petri potuit, Catena
« Ferrea possit.*

*« Tuque, sub Christo, moderator Orbis
« Et parens Romae, Petre! fac Tiara
« Rursus in vicos plateasque lactae
« Prodeat Urbis ».*

*His velut tacti precibus, repente
Auspicem Nexus sonitum dedere;
Ac, memor Sinae, nituit coruscus
Lumine Moses (1).*

*Spes et arrisit Fidei Magistro,
Qui, Leo cum sit, Petrus audit alter,
Clara, post nubes, oritura tandem
Tempora terris.*

F. X. REUSS.



EUROPAEORUM IN AFRICA COLONIAE

AFRORUM quidam itinerum fortissimus simul ac peritissimus viator, qui colonias omnes Europaeorum in nigrorum terris conditas non semel, nec bis, sed quater lustravit, Africamque omnem ex Congo flumine ad Zambesi oppositas aquas peragravit, orationem de Euro-
paeorum per ignotas iam terras invasione Lutetiis recens
habuit, quam ex commentario cui titulus *Revue scientifique*
cum perlegisset, multa adnotata vidimus scitu dignissima, praecipue quod in commentario nostro alias de coloniis late disseruerimus.

Africana itaque litora, si Romani imperii provincias patribus iam satis notas excipias, Britonum nautas pri-
mos noviter explorasse existimandum est, quos Lusitani

(1) Nemo ignorat, extare in templo Eudoxiano, ubi Vincula sancti Petri asservantur, statuam marmoream Moysi, opus im-
mortale Michaelis Angeli Buonarroti.

proxime sequuti, qui Guineae oras, ab illis ne commer-
ciorum aemulationem paterentur nemini revelatas, omnibus fecerunt notas. Castella immo, oppida atque arcis firmis lapidibus ea construxerunt, quorum reliquias et ho-
die licet admirari, quoadusque Vasus ille de Gama, via-
torum celeberrimus, ultimam Africæ frontem attigit ac
superavit. Indorumque versus litora iter est prosequutus.

Post Lusitanos autem Batavorum vices fuerunt, qui primi in extrema illa parte stationem constituerunt na-
vigiis aptam, et ad commercia opportunam.

At, post Nannetense revocatum edictum, Galli ex patria exsules, ad proxima litora appulsi, Boerorum reipublicae veluti agmen convenerunt, cui recentissime, anno 1860, cum Vaal flumen transiissent, Trans-vaal nomen inditum est. Angli vero ubique fere constiterunt, privataque com-
merciorum collegia qui litora huc illuc occupaverant, nondum imperio sue gentis subditi commutandis africis re-
bus vacabant.

His itaque ad annum usque 1834 deducimur, nullo adhuc colonorum in internas provinciarum terras progressu. Cuius vero rei exemplum Angli primum in ultima ad frontem colonia cum praestitissent, ceteros ad imitationem incitarunt, ita ut decem post annos undique ex Africæ litoribus comitatus cohortes proficiuntur, visae sint, quae ad internas occupandas plagas ex sua quiske regione procedebant. Huic motui, cuius nullus adhuc est finis, non eadem ubi-
que fata fuerunt; nam ex barbarorum tribubus nonnullae sese in servitatem dantes, paulatim oppressae sunt; aliae autem resistendum sibi ferro et igni putantes, bellicis ac perfectioribus Europeorum tormentis pene deletae, quamvis ex his superstites Cafri vel Zulū enumerentur, qui indomita usque fortitudine mortem potius quam servitum sibi optasse creduntur.


Romanarum provinciarum nota sunt omnibus fata; septentrionales enim oras, quas Arabi Mahometani plura per saecula tenuerunt, Iberos, Gallos, ac potissimum Anglos sibi adiudicasse notum est: illi enim Mauritaniae portas, alteri Berberiam omnem et Carthaginis litora, postremi vero Aegypti imperium, ac vallem, quam Nilus pater irrigat, sua fecerunt.

Horum autem condiciones, quae Europæ vicissitudines quodammodo proxime sequuntur, praetermittens, ceteras easque recentiores clarissimus auctor sedulo ex-
pendit. Angli itaque, si Aegyptum excipias, primum Uganda terram ac regionem omnem lacuum, ex quibus Nilus undas haurire videtur, deinde Zambesi fluminis omnia litora, Niassaland, Rhodesiam, Africæ frontem, Niger flu-
minis oras, Lagos, Litus aureum, Sierra Leone denique occupant. Galli, si ex oriente iter aggrediamur, Obock et Gibuti appulsus et provincias, Madagascar insulam, Congo gallicum, Litus eburneum, Dahomey, Sudan, Senegal; Germani magnam coloniam ad orientem, Damaraland, Camerun terras, Togo inter Dahomey et Litus aureum; Lusi-
sitani, Mozambique, Angola et Guineam provinciam tenent; ad ultimum vero colonorum liberae republicae tres praecipue sunt: Transvaal, Congo - quod Belgica protectione defenditur -, Liberia.

Provinciae vero haec omnes triplici ex capite distingui posse videntur: fodinariae ac metallorum venis divites, in quorum numero meridionales pleraque recensentur, ex quibus si lineam mente conceperis, quae Africam terram omnem in longitudinem dividat, orientem versus nudani et quibusvis frugibus expertem ac exhaustam usque ad Nili fluminis valles habebis; ad occidentem vero fertiles ubique agros et cuivis cultui accommodatos, ad coasseam arabicam, tabacum, gossypium producenda aptos, ac gum-
mis, thuris, ebenique dona sponte praebentes.

Quibus perpensis facile infertur, recentissime pacta Anglos inter et Gallos partitione, illos inde metallorum gemmarumque abditas in terris divitias omnes fuisse sortitos, hos contra agrorum potius fertilitatem, ac pinguis Cereris fructus sibi obtinuisse. Sunt tamen et utriusque partium contraria tributa; Angli namque uberrimas circa Nilum terras, quamvis non iure, facto tamen tenent; Galli contra, cum Sahara desertum in suam partem habeant, ad quam ferme utilitatem illius sabula versuri sint non facile conieceris.

LAELIUS.



Assisii urbis prospectus.

DE PORTIUNCULAE TEMPOLO APUD ASSISIUM

Quae a fine usque ad finem attingit fortiter, et disponit omnia suaviter Manus, Cyrillo patriarcha Hierosolymitano, et Liberio Pontifice, quatuor piissimos homines Hierosolymis ad Apostolorum lumen Romam deduxit, ut hortante liberio, in valle Spoletina eremiticam ineuntes vitam, sacellum Deiparae aedificarent, ibique saxum deponerent, quod, Cyrillo donante, secum tulerant e sepulcro, ubi Deiforme Virginis corpus triduo quieverat.

Hoc igitur fuit initium templi, de quo nunc agitur, quodque ipso ab exordio, nempe inter CCCLII et CCCLVII a Christo annum, nomen Beatae Mariae Angelorum accepit, quem inter Angelorum choros assumpta depicta pateret.

Templi, advenarum, prodigiorumque fama comotae, frequentes gentium turbae circa idem versabantur, perpetuaeque populorum excubiae, quasi honoris causa, sanctuario advigilabant. Non hoc piae illae quatuor animae proposuerant, neque speraverant; quid enim commune esse poterit eremo cum multitudine, solitudini cum discurrentibus ceteris atque intercurrentibus?

Aemiliam in provinciam demigraturi, templo discipulis commendarunt, valedixere, abierunt. Nec vero, ipsis abeuntibus, aliquid immutatum est; et integro ferme saeculo ipsa adventantium agmina confluabant. Sed lugubres tunc Italiae fuere dies, perque omnia fumantia incendiis, ululantia rapinis, rotantia sanguine, obmutescentia excidiis, coruscantia barbarorum arma volitabant. Hinc derelictum sanctuarium, cui forsitan barbarae non pepercere latrocinantes manus, quod forsitan piorum vigilum sanguine respersum est, et - hoc moris erat - adiectae flammæ.

Quis iterum erigat? Quis habet? Squabebant circum deserti agri, viduae erant habitatoribus urbes, et si qui errabundi hic illuc apparerent, suspensi, ancipes, palabundi, arescentes timore, inedia morientes, montium invia, silvarum obscura, profunda cavernarum quaerebant, ubi ex illo mortifero carnificium diluvio se tuerentur.

Interea anno DXXVI Benedictus ille, Occidentalium patriarcha monachorum, cum iter apud Assisium faceret, sanctuarium pene dilabens, penitusque fatiscens aspergit, et quodam superirruentis Divinitatis actus instinctu, cui obstare fas non est, magistratus Assisienses adit, rogatque ut sibi dent locum instauraturo templum, cui iam inde nomen

sancta cappella, aedificaturo domum pro monachis, addicturō locum Subasiano monasterio, proprius quinque circiter passuum millibus erecto. Locus datus est, et cum loco agellus adiacens ad instar horti, qui tunc obiter portiuncula agri, hoc est quasi parva portio, seu pars diceretur. Inde novo templo nomen, et appellativum ab agello factum, scilicet a portiuncula terreni (sic), qua inter tempora Benedictinae gentis opulentissima illud S. Mariae distingueretur.

Aut prophetice, aut amenter illic in reficiendo a Benedicto factum est; atqui amenter qui diceret amens esset; utinam enim nunc, non dicam plures, sed saltem unus viveret Benedictus! Reliquum ergo est, ut prophetice fecisse, quemadmodum pleraque, fateamur. Idque huiusmodi est. Templum dixi prodigiorum, non molis causa, sicuti et regem fluminum Tiberim appellarimus non agmine aquarum, sed celebritate Urbis aeternae. Sanctuarium, igitur, sacellum, fanum quoddam erat, quasi medium inter templum et aedem, quasi domus inter palatium et casam. Ac tamen Benedictus duas iussit esse portas e diametro oppositas, quarum latitudo est ad latitudinem sacelli sicut 2.30 ad 4. Brevi: latum sacellum est metra quatuor, unaquaeque portarum

lata est metra duo et centimetra triginta. Quis non dicat: « Cladite portas, ne templum exeat »?

Atqui vir Dei praenoscebat multitudinem gentium, quae, septem dilapsis saeculis, per illas transirent; nam historiae monumentis certum est centum et ultra hominum millia ad indulgentias Portiunculæ una tantum die confluxisse, eaque necesse omnino fuisse unam ingredi portam, et recto tramite altera abiisse.


Sed ne praeripiamus eventum. Sacellum quotidie fama crescebat, et fama ipsa quotidie augebatur angelicis apparitionibus, concentibus, nocturnis fulgoribus et coruscationibus mirabilibus, unde magna loci religio. Monaci Cassinenses post nonnulla saecula locum Subasii cessere Cluniacensibus, hi Cisterciensibus. Cistercienses, quibus ingens silentii cultus et solitudinis, aegre ferentes se illic esse, quo tanta hominum multitudo quotidie congregabatur, haud libenter morari, fastidire, recedere cuperunt; mox, aerem causati, usque ad unum ad Subasianum monasterium redire, vix aeditio, plebeio sene, relicto. Sed monaci, non populi, sanctuarium dereliquerant; nam scimus, quamvis in fatiscens penitus et squalidum, huc saepius venisse Picam, Francisci postea matrem, quae

Deiparam rogabat cum lacrimis, ut sterili thalamo prolem daret.

Inter haec, anno salutiferae incarnationis MCLXXX, magno caelestium omnium præcedente et subsequente comitatu, Franciscus nascebatur Assisi.

Huic a pueritia nil praeter, nil citra mores aequalium suorum fuit, si tamen excipias promptum ad omnia et come ingenium, auream indolem bonis artibus litterisque pronam, animamque exquisitissimam. Eminebat in eo cultus, quo inter aequales, etsi generosos, clarissimus explendescebat, atque equestres inter ludos, quibus tunc exercebatur iuventus, praestantissimus ferebatur. Hisce autem veluti irretitus detentusque eo devenit, ut patrio bello in hostes arma sumeret; sed, iniquo marte subversus, in hostium potestatem captivus veniret. Multa memorans diebus hisce de instabilitate fortunae, deque humanis rebus, quae in medio saepe cursu franguntur et corruunt antequam debito virtuti portu potiantur, mentis oculos cordisque alas ad Illum convertit, qui nec suis deest unquam, nec impos est a quovis discriminare liberare.

Conciliata pace, redditio suis, festivo vita usu protinus ac funditus immutato, caelestia meditanti insonuit animo vox: « Vade, Francisce; reparare domum meam, quae la-



“Portiuncula” sacellum in ecclesia S. Mariae Angelorum ad Assisium.

bitur ». Fatiscen-
cellum in conspi-
agi putat; totus
piorum manus.
addita pro Fran-
rabili ordo re-
aurea mundo; au-
retinere, nec as-
paupertate, in in-
rum omnium, qu-
licebit. Obstupu-
notitia, et novum
audiebant procl-
suadente Francis-
sermone percre-
frequentia invi-
crescit.

Interea hum-
mulo quid exop-
peccatis avertere
Deum igne carit-
Caelum denique
tatam habituras
piternam. Quati-
gellis, atterens o-
riens oculos lacr-
ille precibus die-
tebat, remissione
depositam gratia
Portiunculam in-
sentit se in sacre
stantibus ibi Ch-
innumerabili mu-
rum stipatis. Fes-
pene gaudio ex-
dens, et audiens
de quavis gratia
concedenda. Ex a-
ore loquutus flag-
ingressi fuerint E-
plum, confessi ri-
indulgentiam plen-
et superabundan-
opere consequere
vo Dominus impa-
succederat spem
nigne annundo
ut ad Honorium I-
rusiae tunc dege-
Christi vicario q-
Nulla interpo-
rium volat, et qu-
mittat, et quid pet-
erat, tantum fidei
emiuebat, ut Hon-
ea pollicitus sit, c-
stularat. Frustra n-
tiorem rei Papa c-
gratias agens e po-
nam abis, o simple-
acceptis tabulis, a-
det, et brachium
demonstrabis? »
sancte; non egede-
bula, testes Ange-

Abiit ergo h-
mensis Ianuarius
geli. Nox alta vi-
tiunculam inter s-
bra et sanguinol-
sus arantibus ac-

bitur ». Fatisens ac pene corruens Portiunculae sacramentum in conspectu erat: de hoc restaurando secum agi putat; totusque incumbit in opus, cui non defuere piorum manus. Restitutus inde cultui eximio locus, addita pro Francisco et sociis tuguria, et novus mirabilium ordo rerum ibi nascitur dum *toto surgit gens aurea mundo; aurea*, inquam, cui tamen nec fas aurum retinere, nec aspicere, cui vitae conditio omnis in paupertate, in indigentia durissima, in deficientia rerum omnium, quibus nemini, si voluerit vivere, carere licebit. Obstupuerunt gentes attonitae visu, attonitae notitia, et novum hoc miratae portentum verba pacis audiebant proclivi aure, praedicante pacem, et pacem suadente Francisco, dum Portiunculae fama, omnium sermone percrebrescens in dies, frequentia invisentium quotidie crescit.

Interea humillimo Christi famulo quid exoptatum? Gentes a peccatis avertere, et conversas ad Deum igne caritatis incendere, ad Caelum denique adducere securitatem habituras et laetitiam semperiternam. Quatiens membra flagellis, atterens ora ieuniis, exhaustiens oculos lacrimis profusis, haec ille precibus die, haec noctu petebat, remissionem expectans et repositam gratiam. Dum ergo ad Portiunculam in tugurio precatur, sentit se in saculum acciri exspectantibus ibi Christo ac Deipara, innumerabilis multitudine Angelorum stipatis. Festinus advolat, et pene gaudio exanimatus est videns, et audiens optionem sibi dari de quavis gratia poscenda, mox concedenda. Ex abundantia cordis ore loquutus flagitat, ut quotquot ingressi fuerint Portiunculae templum, confessi rite atque absoluti, indulgentiam plenam et confertam et superabundantem ex patrato opere consequerentur. Noluit seruo Dominus impar haberi, et, quam succederat spem implorandi, benigne annuendo perfecit, addens ut ad Honorium III pontificem Pe-

ritra mores in excipias
autem, au-

disque pro-
Eminebat
etsi gene-

que equa-
cercebatur
ur. Hisce
co devenit,

eret; sed,
in potesta-

cis diebus
humanis
anguntur
uti portu-

as ad
unquam,
liberare.
testivo vi-

tato, cae-

: «Vade,
quae la-

perfida pietate suadentem mitiora, coerceret. Continuo nova lux oculis affulsit, et omne circa nemus obrutum radiis, et rosis albis ac sanguine scriptis dumeta illa floruerunt. Adstant Angeli, candide vestiunt nudum, et roseis onustum ramis ad altare Portiunculae deducunt, ubi, ceu nuper, quasi in solio, Christus et Maria coruscabant. Tum, suadente Christo, rosas Matri offerebat, diem indulgentiae maxime statuebat ad kalendas Augusti. Romam mittitur ad haec nuncianda Pontifici, ut quae Christus decreverat, atque firmaverat Pontifex, toto patente orbi terrarum; mirabiles illas rosas, et nonnullos fratres, qui luce excitati concurrerant et viderant atque audiverant, testimonia perhibentes Romam

prout qui fuere illustres poesi, architectura, scientia denique et arte quavis, omnes ad hanc basilicam statuendam, ornandam, muniendam opere festinarunt.

H. DE VECCHI-PERALICE.

DIDACUS DE SILVA Y VELASQUEZ

QUUM exacto nuper mense Iunio Aemilii Castelar illustrissimi viri memoriam commentarius noster recoluisset, iberum nomen alterum nobis præterire oportuit, cuius centenaria a nativitate dies tertio tunc rediens Hispaniae recentem luctum, renovatae memoria gloriae, quodammodo temperavit.

Didacus de Silva y Velasquez nomen est inter universi orbis pictores celeberrimum, quod una cum Murillo et Ribera triumviratum Iberorum constituit, quos merito saeculo decimo septimo pictoricae artis principatum tenere existimant. Italorum enim pictores, postquam Raphael et Bonarrotius culmen artis attigerant, alterius errores imitati, iam in falsum quoddam ac corruptum pingendi genus corruerant, neque inter Gallos, si Pousinum excipias, ullius adhuc nomen ita per Europam insonuerat, quod italicos triumphos nec aemulatum quidem fuisse diceretur.

Quam contra laudem, si qui tunc adepti sunt, Iberi profecti tres illi fuerunt, qui suae gentis imperii supremos dies, Philippo IV rege, tanto artium splendore ornaverunt, ut delabentis postea fortunae occasum fulgentiorem reddidisse merito habeantur. Hos inter Didacus noster anno 1599 Hispanus est natus ex Ioanne Rodriguez de Silva et Hieronyma Velasquez, honestis divititis, atque Iunii mensis die sexto in templo Sancti Petri est baptizatus. Adolescens latinis litteris ac philosophiae operam dedit; sed cum vehementissime ad picturam traheretur, fa-

cile a parentibus impetravit, ut in eam incumbere sibi licaret.

Illum itaque, vix decimum tertium agentem annum, in Herrera, celebris tunc pictoris, tutela iam penicillo et tabella videmus instructum. At magistri indolem in iram proclivem mite adolescentis ingenium vix potuit ad annum pati; quare sequenti anno 1613 eius domum deseruit, ac Francisco Pacheco, non tam pictori comptissimo, quam et litteris omnibus exornato, sese erudiendum commisit. Neque profecto illum electio fecerit: Franciscum enim non tam magistrum quam et tutorem et mechanatem expertus est, quo adusque, Ioanna eius filia uxore ducta, sacerorum benignissimum habuit. Nec satis: nam condiscipulos eos viros sortitus est, qui postea, licet eius gloriam non aequaverint, aemulati tamen cum laude sunt. Zurbanus atque Alonso Cano; magister autem, qui venetum Italicorum stilum ferventer admirabatur, in contrariam omnino partem abire libenter Didacum sivit, ingenioque servire suo, quo potissimum ad contemplandos naturae vitaeque adspicere ferebatur, ut deinde, qua maxima posset vi, mire coloribus exprimeret.


adduceret. Post haec Angelorum chori hymnum triumphalem dixerunt.

Sequenti mane tribus cum sociis Romam pedestre iter Franciscus arripuit, suae legationis Pontifici testimonium in rosis ferens insueto vernantibus tempore, quae tam longa via, tam diurno itinere neque aruerant, neque marcuerant, neque defloruerant.

Datis igitur litteris, septem episcopi, nempe Assisianensis, Perusienensis, Tudertinus, Fulginatensis, Spoletinus, Nuceriensis, et Eugubinus, kalendis Augusti ad Portiunculam congregati sunt, ibique populis indulgentiam illam singularem, prout Franciscus dixerat, auctoritate apostolica nuntiarunt.

Haec olim in exiguo sacello; at christianus populus magnificentius ibi basilicam exstruendam praecipit, quae sacrum aedificium cingeret, atque operaret, mediumque in gremio, quasi sanctuarium, teneret memoriale perpetuum Francisci ac tot sanctissimorum virorum, qui seraphici Patris haerentes vestigiis virtute populos, miraculis Ecclesiam amplificarunt, Italiam fama honestarunt.

Neque hoc tantummodo; sed quasi certatim quotquot fuerunt Itali insignes tabulis, aere, marmore,



Didacus de Silva y Velasquez.

(Ex tabula, quam ipse pinxit, in Capitolo asservata).

Quum itaque Batavicae scholae agmen alterum, a Rubens et Van Dyck summorum virorum tramite quam longe aberrans, Rembrandt summum exemplum in reddenda fideliter natura sequeretur, similia in Iberia inter Sebastianum Murillo, candidum caelestium pictorem, ac Didacum Velasquez fiebant, qui postremus humiliorum omnium condiciones, foedosque deformitatis adspactus assiduo quodam studio praediligere coepit, ita ut merito quis posset hodierni, quem dicunt, *realismi* alterum ex patribus illum salutare.

Ad quam pingendi rationem ea etiam de causa illum putant fuisse excitatum, quod tunc temporis in ibericis litteris mos *Picarense* usuvenisset ex Iberica plebe ipsius gentis desumptis notis, splendidos edere commenticiarum fabularum fructus, quos inter *El Lazarillo de Tormes*, *Guzman de Alfarache*, *La Picara Justina*, etc.; quibus addendae etiam *Las Novelas Ejemplares* a D. Michaele Cervantes de Saavedra, quem omnes norunt, exaratae.

Ad haec itaque iuvenis exordia tabulae nonnullae pertinent, *bodegones* tunc appellatae, quarum praecipua Hispalensem quemdam aquarium gerulum pulcherrime exprimit.

Sunt tamen et tunc temporis inter eius opera sacrae nonnullae tabulae recensendae, eaeque frequentiores quam in reliqua vita unquam pinxerit: *Deipara sine labe*, *S. Ildephonsus*, *S. Ioannes*, *Trium Regum ad praesepe adoratio*, *Apparitio Dominicana ad Emaus*, *S. Petrus*. Tanta autem erat naturalis ingenii vis, ut vel in iis plerumque figurarum facies et habitus ex vivo veluti exemplo quasi praerepta, humanum omne, divini verum parum praeseferant.

Haec inter cum binas genuisset iam filias, Franciscam et Ignatiam, incitatus a socero, ut familiari fortunae acrius consuleret, Madritum primum petiit; nec tamen, ut in votis fuerat, facile regalis aulae aditum habuit. Sequenti vero anno, Gaspar de Guzman, comes de Olivares, Philippo IV regi inter ministros acceptissimus, eum iussit regii pueri pingere effigiem. Quod cum ille callidissime praestitisset, Fonsecæ, illustrissimi viri, magni in aula ianitoris, imaginem pariter effinxit. Quae cum probatissima regi fuisse, causa fuit ut rex idem suae referendae imaginis negotium Didaco dederit. Imago vero illa stans nigraque induta veste, viva veluti ac spirans ab eo perfecta, regii pictoris titulum artifici perperit, menstruumque ducatorum viginti stipendum; immo, abacta ex aula quavis alia regia effigie, editum est, ne quis regem pingeret praeter hunc novum Apellem.

Inde vero facile in ceteris aulicis pictoribus Bartholomeo Gonzales, Vincentio Carducho, Eugenio Caxes invidia excitata; quapropter certamine inter eos regis iusu indicto, *Mauritanos ex Iberia expulsos* Didacus pinxit, ac victor discessit: sed tabula pretiosissima inter Alcazar aedis incendium anno 1734 absunta est. Huius Victoriae praemium ianitorum cameralis officium fuit, auctum stipendum, hospitiumque in regia domo datum; cuius adeptae quietis fructus, alterum ex summis Didaci operibus prodidit, cui *Bibili* (*Los Borrachos*) titulus, quod artis et expressae veritatis prodigium in Madritensi museo del Prado omnibus admirationi adhuc prostat.

Haec inter vero Rubens summus pictor ex Flandria iterum Madritum descenderat, iuvenisque opera, quamvis a sui ipsius stilo quam longe dissita, summa laude prosequutus fuerat, suaseratque ut iter in Italiā arriperet; quod profecto, Olivares comite opitulante, statim Didacus fecit. Venetiam et Ferrariam igitur attingens, Romam, Urbano VIII pontifice, tan-

dem pervenit, oblatumque in Vaticano hospitium respuens, Mediceum rus in colle Hortulorum incoluit, ubi celeberrimorum Italiae pictorum exemplo roboratus, novum pingendi morem tunc primum iniit. Rure itaque ipso binas tabulas lectissimas exaravit, sui ipsius effigiem, quae in Capitolio adhuc assertatur, atque Iosephi vestem Iacobō patriarchae oblatam; aliudque ex suis operibus maxime insigne protulit, quo fusca Vulcani officina effingitur, dum Apollus rutilans pulcritudine ephebus ferrarios opifices visitat.

Horum autem corporum naturali magnitudine, brachiorum, vultuumque nihil sane poterat verius efficaciusve exprimi; quae immo fulgenti divino corpori opposita, oculos percellendi efficaciam ineffabilem habent.

Madritum post annum circiter reversus, perfecti itineris fructus mira copia patriae ac regi statim dedit. Regis regalisque consortis, Matthaei cuiusdam aulae archiballistarii, Buenavente nobilissimi viri miras effigies pinxit, Braedae, Bataviae urbis, Ambrosio Spinolae, Iberorum duci, deditioem magna tabula posteris tradidit, effigiesque alias plurimas equestres expressit, quas inter Philippi III, regis patris, ac Elisabeth, uxoris eius, comitis de Olivares, ipsius Philippi IV, et Caroli Baltasar, eius filii pueruli, suavissimam imaginem pariter equo insidentem; immo tum regis, tum eius fratrī Ferdinandi e domo Austria, tum pueruli lectissimas effigies venatorum habitu retulit. Cetera enumerare praetermittimus, ut illum anno 1649 iterum Romam usque sequamur, ubi celeberrimos aetatis pictores Poussinum gallum, Salvatorem Rosa, Petrum Cortonensem sibi amicitia devinxit, atque ab Innocentio X e domo Pamphylia suam effigiem reddere iussus, miraculum illud protulit, quod in urbana gentis pinacotheca et nos et avenae attoniti demiramus.

His absolutis, citissime in patriam reverti oportuit, ut italos pictores, quos coegerat ad *Alcazar* et *Buen Retiro* regales aedes exornandas, iuxta regis mandatum secum deduceret.

Ab anno itaque 1651 reliquos vitae annos Madridi plerumque exegit, effigies illustrium omnium virorum regiaeque familiae, uti assueverat, alias prae aliis exquisitas pingens, at simul, naturae suae indulgens, istrionum aulicorum pumilonumque ridiculas vel deformes figuræ summa calliditate referens, inter quae binas easque postremas celeberrimas edidit tabulas, quarum altera in opificio nentes foeminas, altera regalem omnem familiam, ac praecipue regias puerulas venustissime expressit.

Ultimae tabulae praemio Sancti Iacobi equestris ordine, prævia Alexandri VII papae dispensatione, ab ipso rege auctus est, post quae minime putas eum a coloribus abstинuisse; imo inter foecundam atque inexhaustam adhuc tabularum copiam, sancti Antonii atque sancti Pauli eremitarum colloquium in abruptis deserti rupibus, splendide confecit.

At anno 1660 ad Pyrenæos montes profectus, ut Mariae Theresiae, quae, Ludovico XIV nuptura, regi obviam proficiscebatur, iter in Galliam, ex ianitoris munere, pararet, itineris incommoda non sine magno valetudinis detimento pertulit, ita sane, ut triginta post diebus ex quo Madritum reversus erat, sexagesimum primum agens annum, sacris fidei mysteriis solatus, pie obierit. Funera eius maxima pompa inter insolitam populi frequentiam sunt celebrata, eiusque corpus, equestribus Sancti Iacobi vestibus indutum, in gentilicio Gasparis de Fuensalida sepulcro conditum est. Mirum vero omnibus tunc

visum est, Ioannam Pacheco, quacum Didacus a prima iuventute coniunctissime vixerat, septima ab eius obitu die, dilectum sponsum in tumuli requiem esse sequutam.

Hoc nimur modo pandere feliciter mulieri contigit suam in clarissimum sponsum dilectionem, quam legato quadammodo a patre accepérat. Quae profecto insolita adeo fuerat, ut nulli contigisse reputem, vitam a socero posteris esse enarratam; meritoque Menendez y Pelayo clarissimum virum asseruisse, optimum ex Francisci Pacheco operibus ipsum Velasquez fuisse.

Et profecto Didaci tabulas, licet tribus iam saeculis a nobis dissitas, expressa naturae veritate nostras facile dixeris, atque alicui ex *realismi* agmine discipulo adscripteris. Quod mirum sane fuit eo tempore contigisse cum Italorum tantum tum Romanae, tum Venetae scholae exemplaria in Iberia recolementur, ac praecipuo cuidam artificis ingenio tribendum, cuius insolita ac maxime propria pingendi ratio una cum callidissima artis peritia coniuncta, alterum ex maximis non Iberiae tantum, sed et ceterarum nationum pictoribus illum procul dubio fecerunt.

I. ANTONELLI.

=====

EX ITALIA

Novocomensis de electride et sericis publica recognitio igne absumpta.

VENETIIS cum discessisset, meministis ferme, me Novocomo scripturum proxime promisisse: equid vero? non paucos conquestos iam saepe reputabam tanto me spatio hucusque moratum. At morae culpa non adeo mihi quam et locorum amoenitati adscribenda, qua ita captus fueram, ut quodvis pistolare commercium desererem.

Male equidem ex negligenter infandæ cala mittatis nuncio sum excitatus; hodiecum ad vos scribere aggredior, super fumantia adhuc rudera, et nonnisi ex fideli memoria id faciens, poenam solvo.

Fatalis profecto ac miserandus eventus, abditam illam ac potentissimam naturae vim, quam Alexander Volta primus domuerat, cuiusque triumphos nostrum hoc aevum maiores in dies adnotaverat, sibi ipsi quadammodo vim intulisse flammisque ex candente sinu excitatis, altissimum suorum portentorum monumentum solo aequasse.

Nec satis: maximos enim Novocomensium civium industres fructus in sericis textilibus conficiendis multo labore comparatos ex advenientium undique admirantium oculis abstulit, et, quod dolendum supradum est, pretiosissimas Alexandri Volta, summi illius viri, reliquias, litteras, familiares memorias, authenticæ scriptæ, prælectiones, instrumenta, quibus paulatim ad electricam pilam conficiendam pervernerat, gentis insignia, torques, libros ignis voracissimus in cinerem plura convertit; quae ferme hominum venerationi nullo auri pretio restituere amplius licebit.

At rem per partes exponamus.

Absumpti totius aedifici prospectus eodem stilo excitatus fuerat, quo cum Volta adhuc in vivis esset, aequales Napoleoni, Gallorum imperatoris, gaudentib; hunc ipsi ex Romanorum aedifici imitati fuerant; aliquantulum vero concinnius admotaque nescio qua laevioris venustatis cura, ita ut saepe nimis elegans comptusque plurimis videretur. Huic dextra levaque gemini porticus adiecti erant, in quorum cornibus turres duae elatae fuerant Voltaicae pilae figuram redentes: hinc in vestibulum progredi licebat, cuius

in lacunaribus
veis feminarum

Ex huius u
tudinem produ
autem per ma
siliente ex cen
stis, transitus
era ac peryst
machinae undi
ad sacram illan
reliquiae assem
plemento erant
dibus frequen
universa conti
stincta. Erant
tabularumque
distantiam, e t

Quas si pra
blicae recognit
bus nationibus
altera Novocom
itaque primum
supremi admini
navigia, que
corum radioru
Marconi nuper
numque pari
d'Asar, exstructa

Haec peregr
collegia plurim
ac nimis arida

Sericorum
ceterorumque
haud minora s
men iis content
que textilia os
strumenta atque
quae sive ad bo
purganda, tex
phrygio opere
liquias colligen
tinerent; ea qu
distincte dispos

Tandem tot
videbatur, absis
erant conclusae,
put, veluti in ta
tot machinaru
fons, ex qua se
nem duxerunt.

Aedes, pery
octava infasta
undique compl
ambulaci, quo
nubes intensu
sum est. Pericu
tuerant omnes
cum flammae
runt. Funes na
vis ad machina
paulatim calore
ignem ad solu
vigilum dux
scederent; at c
pervadentibus
enim ac textile
erant ad exa
quasi temporis
ritque totius a
adspectus, cui
mentes speculu

acum Didacus a
erat, septima ab
tumuli requiem
citer mulieri con-
um dilectionem,
aceperat. Quae
lli contigisse re-
enarratam; me-
sum virum as-
acheo operibus

tribus iam sae-
rae veritate no-
realismi agmine
sane fuit eo tem-
tum Romanæ,
in Iberia recolle-
ingenio tribuen-
ia pingendi ratio
niuncta, alterum
ed et ceterarum
abio fecerunt.

ANTONELLI.

.....

A

sericis publica

eministis ferme,
proxime promi-
questos iam saepe
ue moratum. At
et locorum amoe-
eram, ut quodvis
infandæ cala mi-
ue cum ad vos-
adadhuc rudera, et
s, poenam solvo.
eventus, abditum
quam Alexan-
que triumphos
es adnotaverat,
flammissæ ex
suorum porten-

nensium civium
conficiendis multo
undique admis-
olendum supra-
i Volta, summi
s memorias, au-
lumenta, quibus
ciendam perve-
s ignis voracis-
uae ferme ho-
restituere am-

us eodem stilo
in vivis esset,
ratoris, gaude-
iis imitati fue-
notaque nescio
nepe nimis ele-
Iuic dextra le-
quorum corni-
e pilæ figuram
i licebat, cuius

in lacunaribus Campi, italus pictor, arte exquisita, ni-
veis seminarum formis, electridis triumphum finxerat.

Ex huius utraque pariete, binae aedes in longitudinem productæ textilibus erant refertæ; in medio autem per magnam portam in circulare atrium, pro-siliente ex centro fonte viridibusque ornatum arbus-tis, transitus patebat, ex quo cetera omnia ambula-cra ac perystilia deducta fuerant. Heic electricæ machinæ undique dispositæ conspiciebantur, usque ad sacram illam parvamque absidem, in qua Alexandri reliquiae asservabantur. His omnibus autem complemento erant florentes undique hortuli, ligneis aedibus frequenter interrupti, quibus florum genera universa continebantur, iucundissima varietate dis-tincta. Erant denique, sed dissitae, sacrarum artium tabularumque exhibitions, unae proinde, ob spatiu distantiæ, e flammis immunes servatae.

Quas si praetermisseris, haec præcipuae totius pu-blicæ recognitionis partes habebantur; altera omnibus nationibus communis, electridis portentis data, altera Novocomensis sericorum textoribus. In illam itaque primum italicæ bellicæ rei atque maritimæ supremi administri convenerant et subaquea electrica navigia, quæ explodentes globos eiiciunt, electri-corum radiorum projectores, telegraphum ab italo Marconi nuper funibus expers inventum, telephonumque pari ratione ab altero italicico viro, Russo d'Asar, extrectum protulerant.

Haec peregrini electridum artium artifices ac collegia plurima sequebantur, quorum longissima ac nimis arida foret enumeratio.

Sericorum vero textilium, quæ Novocomensium ceterorumque Langobardorum præcipua pars erat, haud minora specimina enumerabantur; neque tam contenti fuerant Novocomenses, ut sua quisque textilia ostenderet, sed et machinas omnes, instrumenta atque inventa omnia recentiora eduxerant, quæ sive ad bombices alendos, sive ad eorum stamina purganda, texenda, vel quovis colore fucanda, aut phrygio opere exornanda, vel ad caducas eorum reliquias colligendas et in viiores vestes texendas pertinerent; ea quæ omnia per sua quisque ambulacra distincte disposuerant.

Tandem totius extrectæ molis quasi sacellum videbatur, absis illa, ubi Alexandri Volta reliquiae erant conclusæ, ipsiusque immo illustrissimi viri caput, veluti in tabernaculo quadam repositum, quasi tot machinarum inventorumque centrum ac prima fons, ex qua saeculi huius miranda portenta originem duxerunt.

Aedes, perystilia, atria, ambulacra, hortus omnes octava infesta mensis huius Iulii die iam visitantes undique compleverant, cum repente, ex pavimento ambulacri, quo marina tormenta continebantur, fumi nubes intensumque calorem simul exire animadver-sum est. Periculi vox statim est circumlatæ, ac vix potuerant omnes citissime per effracta vitra aufugere, cum flammae ad lacunaria usque vorantes prosiluerunt. Funes namque subterraneæ, quibus electrica vis ad machinas omnes circum perducebatur, nimio paulatim calore carentes succensæ fuerant et ignem ad solum ligneum communicaverant. Tunc vigilum dux magna voce imperavit, ut omnes discederent; at omnium fuga minime vigiles iuvit, ut pervadentibus flammis terminum statuerent. Ligna enim ac textiles circum aedium omnium parietes erant ad exardescendum facilia, ita ut, momento quasi temporis, aliud post aliud assumpta sint, fuitque totius aedifici quasi immensi cuiusdam rogi aspectus, cuius rubores altissimi Larii undæ tre-mentes speculo remittebant. In tantam itaque vor-

ginem nulla erat ex multiplicibus fistulis aquarum unda satis magna, quæ ignem extingueret, nec, ob aedificiorum contiguam exstinctionem, ignis velocissimum cursum, spatium temporis vel commodum fuit incendium intra limites coercendi. Ita igitur et ipsa Voltaica absis, in quam non licebat nisi per interna ambulacra ingredi, flammis est absumpta, atque vix inter Alexandri reliquias nonnullæ eripi potuerunt: cetera, mediae vix horæ spatio, in cumulum fumantium ruderum conversa sunt.

Omnibus itaque immenso infortunio deletis, quæ tanto labore, ingenio ac pecunia parta fuerant, mirabilis in Novocomensis animi virtus enituit, qui romana, ut ita dicam, constantia redintegranda omnia, quæ maxime liceat, statim constituerunt, statosque ludos gymnicos musicesque theatrorumque spectacula ordine iam proposito absolvens: nec profecto aliud ipsis tantæ fortitudinis præmium ominandum est, quam ut visitantium frequentia dignissimam italicam urbem minime deficiat, imo magis in dies augeatur, non sine lucri copia, quo gravissima damna sarcentur.

A. L.

Habet hoc virtus, ut viros fortes species eius et pulcri-tudo, etiam in hoste posita, delectet.

(Cic., *In Pis.* 22).

STELA IN ROMANO FORO EFFOSA

PRONUM equidem est, si quæ vivæ veluti Urbis voces potissima sint habendæ, maiorum præcipue monumenta esse, quibus exacta Romani nominis gloria, quam nemo vicit, orbis edoceatur. Quapropter non immerito, quoties abditi huiusmodi novi thesauri, eruditorum virorum cura, ad lucem revocati sint, nuncum historias diligentibus laetissimum vulgare statim atque explicare commentarii huius nostri præcipuum semper officium arbitrati sumus. Quod tamen hodie multo magis servandum ducimus, cum, sollertia excellentissimi viri italicorum studiorum summi curatoris, monumentum in oculos redierit, stela archaico Latii eloquio scripta, quæ inter vetustissimas nostræ gentis memorias plane est recensenda. Porro ex opusculo quod ipsius studiorum curatoris mandato statim vulgatum est, cui exarando quatuor clarissimi viri, Iacobus Boni, Iosephus Gamurrini, Iacobus Cortese, Aloysius Ceci, pro sua quisque disciplina operam dederunt, rem omnem per partes, prout nobis licet, interdum iuvat referre.

Primus itaque Boni architectus ex Festo, Varrone ac Dionysio mensuras nigri lapidis - de quo in com-

mentario nostro suo tempore scripsit H. Marucchi - reperta nuper monumenta, stelam, videlicet, pyramidis quadratae formam exhibentem, truncum quemadmodum cuneiformem, eorum fundamenta, pariterque nigri lapidis bases accurate et distincte describit.

Inscriptio vero, quæ omnia pretio antecellit, in stela illa tofacea est insculpta; sed tum illa, tum proximus ex tofo cuneus, tum utriusque fundamenta obruncata, fracta et vastata apparuerunt, ita ut et insculptæ pyramidis vix dimidium, nigro lapide remoto, in lucem prodierit. Quod sacrilega ferme manu admissum facinus videtur, et holocaustis deinde ac sacris plurimis expiatum, boum, pecudem, aprocum hedorumque hostiis immolatis atque exustis; eorum enim cinerum spissus undique cumulus, et cippo et fundamentis supra circumve stratus, repertus est. Sed inter cineres non tantum innumera ossa combusta, sed etiam amuleta plurima, et signa

aenea vel fictilia, et vasa funebria et fictiles tabellæ, et armorum reliquiae inventa sunt.

Vascula ex nigra argilla, alia subtiliora ac per-lucida, alia vero rudiora atque obscura, sunt, sim-pula, infundibula, praefericula, ollæ, canthari, frag-mentum quoddam leonini capitis ad instar effectum, scyphus ovatus binis ansis munitus taeniam effingen-tibus, humanumque caput rude insculptum in latere gerens. Sunt et vasorum quaedam inscripta frag-menta et amphorarum coticularumque; his vero im-mixta osellæ, aenea sigilla duodecim, fictiliu[m] fragmenta Etruscorum stilum plane ostendentia, mar-garitæ vitreae, virilia ac muliebria ornamenta, fi-bulae, annuli, armillæ, serpentes, bullæ, pondera plumbea, binae tesserae lusoriae, astragala ovina qua-tuor supra centum sexaginta. Adde lancearum pi-lorumque cuspides nonnullas, scabra rubigine exses, ac viginti circiter rudis aeris fragmenta, quæ dissita rerum congeries, magno cinerum cumulo demersa, funerarium stipem efficiebat.

Duo vero præ ceteris mentione digna reperta sunt: fictilis quaedam tabella, cui miles equo insiden-s lanceaque instructus insculptus est, et graeci vasculi fragmentum, in quo Bacchus asinum equi-tans, cantharumque gestans fuit depictus.

De inscriptionis paleographia scripsit clarus vir Iosephus Gamurrini, a quo haec præcipue adnotantur. Literæ monumentales ac profunda incisæ sunt forma archaico-græca, ceterarum tunc temporis literarum quæ in Etruriæ monumentis leguntur apprime similes: quas saeculo sexto ante Christum natum esse adscribendas et forma literarum et scribendi ratio declarat. Inscriptio enim in quadrato cippo ter-rea primum prostrato in longitudinem est incisa, at postremo, deficiente spatio, in excisi anguli facie eam completere oportuit. Scripturae ritum, mutuata ex deducendis aratro sulcis similitudine, βεντρερην appellabant; initio nempe a dextera ad laevam ducto, opposita deinde directione, sequens linea con-tinuabatur ex laeva ad dexteram, tertia ex dextera ad laevam, etc. Atqui vetustissimæ tantum Graeco-rum inscriptions intra septimum et sextum saecu-lum a. C. simili modo insculptæ inveniuntur, post quod tempus nullibi amplius exstiterunt. Sed con-fecta hoc ritu inscriptione, elatoque e solo monu-mento, verticali ordine literas perlegere necesse fuit, ex imo in summum et ex summo ad imum; nobis vero, cum circa medium fractam stelam invenerimus, lineæ omnes iuxta exordium vel iuxta finem vicis-sim mutilæ remanserunt, ita ut eam interpretari difficillimum sit. Neque profecto satis ad rem auxilio est, singula adamussim verba tribus punctis esse di-stincta; nam, etsi integra fuissent, memoranda esset Polybii sententia, qui et ex aequalibus suis archaïcae Latinorum lingue peritissim nullum inveniri qui vetustissima eius monumenta intelligeret plane fa-tetur. Id tamen ex monumento est procul dubio in-tuto positum, iure meritoque Tacitum asseruisse, literis latinis eamdem, quæ veterissimæ Graecorum, formam fuisse (*Ann. XI.*, 14.).

Iacobus Cortese tertius est qui ex Servio, ex Varrone, ex Dionysio, ex Plutarcho, ex Festo eru-ditissime fragmenta nonnulla delegit, quæ ad intel-ligendum ac declarandum titulum aptissime possent adhiberi.

Quem quidem postremum ac difficillimum la-borem Aloysius Ceci, opera etiam ab illustrissimo viro Ernesto Monaci conlata, aggressus est, cuius eruditissimas ac maxime acutas elucubrationes pree-termittentes, laboris fructum hic proponimus, adiecta verba inter parentheses intercludentes.

QUOI HO[rdas ueigead, ueigetod s]AKROS (s)ESED.
SOR[das, sakros s̄d].

[Eid]IA[S]IAS REGI LO[iba adferad ad rem d]EVAM.

QUOS R[ex per mentōre]M KALATOREM HAP[ead
endo ada]GIOD (vel d]GIOD), IOUX MENTA CAPIA(d),
DOTA V[uead].

Ini]M ITE RI K[ois]ed nounasias i]M.

QUOI HAVELOD NEQV[am sied dolod mal]OD,
(d)IOVE ESTOD. [Qu]OI VOVIOD, [sacer Diove estod].

Quod est:

Qui fordas consecret, consecrato sacellum versus
(vel ad sacellum). Sordas (sc. qui sordas consecret,
consecrato) seorsum a sacello.

Idiariis (= Idibus) regi liba adferat ad rem di-
vinam (= ad sacrificium).

Quos rex per augurem calatorem induhapeat
(= consecratum admittat) adagjō (= carmine) (vel
in sacro loco), (is) precibus auspicia capiat, dona vo-
tiva voveat.

Iemque rei (sc. rei divinae) curet nonariis (= No-
nis) ibi.


Qui auspicio nequam sit dolo malo, Iovi esto. Qui
voto (sc. qui voto nequam sit dolo malo), sacer Iovi esto.

Hoc nisu uno eodemque eloquio restituta est in-
scriptio, quam clarissimus vir non tam ad saeculum vi
a. C. sed etiam ad vetustissimum saeculi VII aevum po-
tius pertinere arbitratur, ita ut fibulam celebrimam Praenestinam, unius saeculi spatio, inscriptionemque apud Dueno duorum saeculorum praecesserit. Lex autem plane sacra est et regia, veterrimaque recen-
senda, ex iis scilicet quae a Numa Pompilio rege latae dicuntur, qua ferme sacram quoddam ius san-
ciebatur et quibus victimis, quibus locis ant diebus sacra essent facienda. Cippi autem effractura incen-
dio Gallorum adscribenda videtur, quod et ipsa ex-
piatoria stipes circum collecta satis demonstrat; nam et Varro et Valerius Flaccus, antiquitatis sue viri doctissimi, nullum nobis servarunt ex tot verbis, quae in ea perfecta sunt.

Inventum vero monumentum, etsi iudicia Germanorum praecipue non omnino labefactare videatur, spem tamen omnium, qui et Titi Livii auctorati et veteri traditioni tamquam ex historia partae confidunt, maxime fovet.

Nobis almae huius Urbis filii ominari liceat, ut nova multaque ex producendis effusionibus emer-
sura sint, quae avitam traditionem eiusque contempta a saeculo XIX iura in venturum saeculum integra restituant, utque, iterum ex sepulcris viva veluti patrum voce excitata, eorum gestorum memoria reficiamur, quae et acri simul stimulo et fausto auspicio ad meliora nominis fata spes nostras erigit.

ROMANUS.



ANNALES

In Serbia regicidium tentatum - Bolivianae per-
turbationes - Americae meridionalis foedus -
« Iphigenia » navis a Wilhelmo imperatore vi-
sita - Anglorum cum Aethiopico rege conten-
tiones - Sinenses Italorum res.

REGICIDARUM novum facinus recensendum primo
est, non anarchica rabie, ut passim solebat, sed
partium studio potius exortum. Bellogradi Milanus,
Serborum olim rex, per viam Michel detecto curru transibat; cum repente quidam, advenienti occurrentis parvamque ballistam distingens, quatuor glandes in
regem iecit, quarum binae in vacuum evasere, altera vero regem prope scapulam, altera ducis Lukitchi,

qui eum comitabatur, manum vulneravit. Rex statim e curru prosiluit, gladiumque distringens aggressorem, qui sese in fugam coniecerat, una cum plurimis e plebe est insectatus; ille vero cum se ad incitas redactum cognovisset, in flumen sese demersit, ut natatu servaretur; quod tamen minime obtinuit; nam a navicula quadam citissima breviter est captus. Plebs itaque non tantum incolumem Milanum, quam et filium eius Alexandrum regem ob abactum periculum, gratulandi animo, maximis clamoribus salutavit: sed ipsius regis iussu, civilibus libertatibus interruptis, tum Bellogradi tum in aliis civitatibus militare imperium pro tempore est constitutum, multique etiam clarissimi viri, qui fautores vel auctores criminis fuisse haberentur, sunt in vincula coniecti. Austrorum vel Russorum exercituum possibilis iam invasio vocatur: nonnulli ne perduellionis crimine rei indicarentur, quos inter Stermitz, tribunus quidam emeritis stipendiis, morte sese multarunt: causarum vero cognitio coram tribunal militum brevi instituenda nunciatur.

*

Bolivianae barbarorum incursions iam in Bonea-
rensi civitate sedatas fuisse acceperamus, cum ex alia foederatarum Argentinae c vitatum republica Matto Grossos graviora a latronum turbis admissa innotuerunt, ita ut Cuyaba, urbem reipublicae caput, in eorum manus incidisse dicant.

*

Faustiora vero ex earumdem nationum guberniis nunciata sunt: Roca, Argentinae reipublicae praesidem, Montevideum, Uruguay finitiae reipublicae caput, iam petuisse, ut foedus tandem inter respuplicas omnes meridionalis Americae inire licet, quo gentes latino sanguine ortae, viribus suis omnibus in unum coactis, Anglicis ex septemtrione invadentibus validius resistere queant: Brasiliam itaque, Chilem, Argenti-
nam, Uruguay iam ad foedus advocari dictant, quod ut cito iniri et ad reliquas Americae respuplicas latini sermonis extendi possit, magno voto ominamur.

*

Alius vero recens supervenit inopinatus eventus, quem quovis alio oratorum conventu Russorum imperatoris optatis magis favere credimus. Wilhelmus II, Borussorum imperator, Bergensem Danorum portum visitans, gallicum navigium *Iphigeniam* concendit, ibique germanico vexillo in summis malis vibrante, a ducibus comiter acceptus, navem omnem recognovit, atque nautas sese exercentes laudavit; quos de-
mum ad suum navigium *Hohenzollern* ad coenam secum invitavit. Commutatis deinde inter imperatorem et Galliae praesidem litteris, magna concipitur iam spes infausta illa dissensio de Lotharingia et Alsacia possidenda fore ut aliquando tollatur.

*

Anglorum arma prope Zeila in orientalibus Africæ litoribus quotidie augmentur, ut termini inter Sou-
dan, Anglorum provinciam, et Aethiopum regnum tandem constituantur, quod Menelik regem noluisse hucusque facere non Angli tantum, sed et Itali nostri merito conqueruntur.

*

Italorum vero res in Sinensium imperio aliquantulum in melius cedere dicuntur, concessumque iam a sinensis administris, ut litus sinumque in provincia Ce-kiang liceat italis militibus occupare et vexillo munire. Marco Polo itaque navigium, in quo Grenet classis orientalis praefectus insederat, iam Italianum versus iter iniisse, praefectumque *Aetnam* aliam na-
vem concendisse accepimus.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia proposita coram coetu municipum elar-
gitio lib. 21 625 000 pro Societate fluminis Niger ex Africa, approbata est, ut ex avocato ad Anglorum gubernatores regionis imperio, acceptum detrimentum reficeretur.

In Argentinae reipublicæ supremo coetu, lex a Canè doctore proposita est de alienigenarum, quam dicunt, *extraditione*.

In Austria ferventes contentiones in dies protrahuntur circa legem de electionum municipalium ritu novissime propositam, cuius de causa rixæ etiam inter legislatores exortae sunt.

In Bavaria, electionibus oratorum expletis, *clericallum* et *socialistarum* factiones omnino vinctrices evaserunt.

In Hungaria post acceptam tandem cum Austriaco imperio pactionem, quae ad annum usque 1907 vigebit, feriae indictæ sunt.

In Iberia concessis a Polavieja, militarium rerum supremo administro, nonnullis expensis pro exercitibus detrahendis, aerarii publici summam a Villaverde propositam facilius iri probatum sperant.

In Rumenia novum de potibus acrioribus vectigal est statutum.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Partibus ex iunctis, ambas quas musica præbet,
Piscis, flumineas, o lector, qui incolit undas
Et nullo spinae qui laedit acumine, *constat*.

II.

Nomina prægreditur *pars*; idolum *altera*; primus
Qui cecidit caesus miserando vulnere *totum*.

A. MORCHIO.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpreta-
tionem ad commentarii moderatorem miserint intra
duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus
gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:

SOUS LE CIEL D'ORIENT

IMPRESSIONS ET SOUVENIRS

par F. QUETSTAN.

Aenigmata ann. II, n. XI proposita his respondent:

1. In opiam subleva industria.

2. Fur-fur.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Xav. Reuss; C. Testa, Roma - Ios. De Vincenti, *Lugano in Helvetia* - Ioan. Sedlak, *Praga Bohemorum* - Guil. Schenz, *Ratisbona in Bavaria* - Princ. Gordon, *Mancunio* - Car. Stegmüller, *Sabaria in Hungaria* - Ant. Jaklic', *Tergeste* - Ioan. Sobczynski, *Wloclawek in Polonia* - Nic. Stella, *Auxano* - Ios. Capovin, *Montebello Vicentino* - P. Rioux, *Hochelaga*; G. Re-
bichaud, *Lorimier in Canada* - Ad. Artioli, *Ferraria* - D. Macrae,
Mause Lairg in Caledonia - E. Frachetti, *Mengalore* - Abr. Mor-
chio, *Genua* - Aloys. Cappelli, *Senis* - I. B. Eschenberg, *Al-
bano* - C. Meucci, *Neapolis*.

Sortitus est praemium:

ANT. JAKLIC',

ad quem missum est opus, cui titulus:

EN TIROL

PAYSAGES, MŒURS, HISTOIRE, LÉGENDES,

par M. GRANDJEAN.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

municipum clarum
luminis Niger ex
Anglorum gubernementum refice-

emo coetu, lex a
genarum, quam di-

in dies protrahun-
dipalium riu novis-
etiam inter legisla-

expletis, clericalium
ces evaserunt.
n cum Austriaco
sque 1907 vigebit,

militarium rerum
is pro exercitibus
Villaverde propo-

aerioribus vectigal
SCRIBA.

A

ca praebet,
t undas
constat.

altera; primus
e totum.

A. MORCHIO.

atis interpreta-
miserint intra-
s accipiet opus
cui titulus:

ENT

is respondent:
tria.

toma - Ios. De Vin-
raga Bohemorum -
ordon, Mancunio -
Jaklic', Tergeste -
c. Stella, Auxano -
Hochelaga; G. Ro-
raria - D. Macrae,
galore - Abr. Mor-
Etschenberg, Al-

GENDES,

jurisperitus.

Socii.

PER ORBEM

Fatale equidem saepe est, rerum exitum tam dissidente a praevisis evadere, ut quamlibet hominem prudentiam inopinato fallat. Quod ferme et anglis viatoribus prope Winsdorf contigisset, si Americanam illam prudentissimam, de qua in superiori numero locuti sumus, imitari contendunt. Res his adiunctis in anglicis diariis enarratur. **Vaporitraha** quaedam vacua cum exercitiis causa ferreos tramites in Londinensi statione percurreret, in obstaculum repente incidens, **eversa** super tramitibus est.

At ecce velocissimi adstant currus ad merces, qui stratis illis occurrentes, vicissim corruerunt et fracti sunt. Ruinis vero bis renovatis, en territo nova parantur; uno enim veluti eodemque momento, alia supervenit currum series eaque viatorum plena.

Sed, cum sibi data iam duplicitis infortunii signa machinario duci non effugissent, potuit hic rotarum motum totis viribus coercere, ita ut quamvis occursum non impediverit, illum tamen exitialem nemini reddiderit, omnesque viatores, licet a vulneribus non immunes, e morte liberaverit.



Nullam pariter hominum necem **ex Novocomensi incendio**, de quo alibi in commentario nostro dicimus, conquesti sumus; quod et in itala colonia **ad Massaua** similibus in adiunctis pariter evenit. Licit enim in aedibus praefectorum ad tormenta bellica excitatae repente flammea opificia et ignes pulveres et instrumenta cito absumperint, currentibus tamen militibus ad extingendum ignem, reconditi munitionum cumuli servati sunt, atque operarii omnes se incolumes ex incendio eripuerunt. **Augustae Taurinorum** in rure quodam Sambuy comitis eadem miseranda, allato quadraginta millium libellarum detimento, evenere; at gravius **Vindobonae** accidit; cum enim nosocomium Rudolfsheim eadem sorte voraci igne vastaretur, flammæ mulierem quamdam graviter adusserunt, virosque duos necarunt. Ad ultimum **Dawson** urbs in Alaska iterum igne absumpta nunciatur.



De opificum fatis gestisque haec novissima sunt: in bavarica urbe Zweibrucken, cum lacunaria in domi cuiusdam exstructione corruiissent, opifices italicos septem obruerunt, quorum sex vulnerarunt, reliquum interfecere. In Austria cum texentes operarii, qui opus deseruerant, Svitavk, ac Ropotnia urbes adiissent, ut comites pariter secum ex opificiis abducerent, a vigilum cohortibus circumdati, quinquaginta et octo capti in vinculis reliquerunt. Sed Tigurinorum marmorariorum longe gravior desertio fuit, petitionis cuiusdam causa, quam Itali praecipue promoverunt, ut stipendia augerentur; at commotis opificum animos iam esse paulatim compositos nunciatum est.



Insulis in Gallia, ob proclamatam publice ac solemniter innocentiam Fr. Flamidiem, quem de turpi eoque atrocissimo crimine accusatum tradiderant, maxima inter sectariorum asseclas irae commota sunt. Impiorum itaque nefandas turbas iam pluries videre fuit, quae hostiles clamores extollentes ac religiosis viris maledicentes, domos regularium hue illuc lapidibus aggressae sunt, ita ut armata manu vigiles eas reprimere ac profligare oportuerit.

Vindobonae similia contigerunt; coactis enim plebeiorum turmis, ut in propositas reformationes

de ritu decurionum eligendorum protestationem ederent, contra christianos plebi studiosos magni clamores excitati sunt, iamque iratae turmae contra syndici domum iter arripuerant, cum a supervenientibus vigilum equitum alis disiectae fuere; sed plures ex proelio vulnerati excesserunt.

Lipsiae et Sciclaus in Germania inter germanicos et hungaros opifices sunt etiam **contentiones** exortae, vulneratique hinc inde complurimi; quare hungarorum omnium operariorum exilium decretum iri praedicatorum.



Advelitationes quoque contra latrones his diebus commissas tum ex nostris Sardiniae litoribus, tum ex Americae barbaris plagiis audivimus. In Sardinia enī, post regis visitationem, acrius in dies bellum contra latrones ducitur, ita ut quotidie vel capti vel vulnerati a cohortibus vigilum nonnulli nuncientur. Ex republica Argentina vero coloniam Sabanum bis millia barbarorum fuisse aggressos novimus, et pecora direpta, et mulieres captivas esse ductas; inde colonos armatos atque in agmen instructos ad proelium exiisse, barbaros disiecisse atque armenta et uxores recuperasse.



Inter tot tantosque tumultus ac seditiones, ea denique praeterire nequeo, quae ex ipsa America innoverunt, de quorum momento ipsi vos, humani lectores, iudicabitis. Pauperes Neo-Ebacci fremunt ob latum ab aedilicia potestate decreatum, ut eorum Societas, quae hucus maxime floruerat, a commercio suo prohiberetur. Societas enim aedes amplissimas annuo pretio viginti millia libellarum locaverat, ubi cumulus ingens rerum omnium, quibus egeni stipem queritantes uti possent, erat repositus. Aderant inter alia et baculorum ad claudos sustentandos millia sex, brachiorum et crurum ligneorum millia quatuor, sex denique vel septem millia circiter schedularum, quibus caecitas, vel surditas, vel alius gerentis morbus denotaretur. Quotidie namque summo mane sodales ad ianuas aedium frequentissimi conveniebant, ut obiecta sibi quovis die pretio mutuarentur: baculos duos libellae unius, schedulam obolorum vigintiquinque, crus libellarum duarum. Quotannis vero Societas rationes coram coetu universo reddebantur, et sociis distribuebantur foenora; quae syndicorum praeses, pauper et ipse, ad decies centena millia iam lucraverat.

His autem omnibus ab auctoritate tandem cognitis, placuit Societatem decreto abrogare, indeque irae pauperum omnium succensae, et latissimae protestationes, veluti si arbitrium rectorum publicae caritatis fontem arescere velit.

At coetum in sequentem annum revicturum, ut humanae res ferunt, et abrogationis decretum irritum evasurum non immerito est putandum.

VIATOR.

VARIA

Cur Tertius dictus est Napoleon, qui secundus imperio tenuit a primo Gallos? Ita Kinglake anglus tradidit historiam. Reipublicas administrari populo edixerant scriptis ante calendas decembres 1852 (quo tempore Napoleon omnia in suam potestatem redigit): «Si quis patriae consulit huic haereat! "Io Napoleon!!!" sit illi vox». Qui rem typis edebat operarius tria illa admirationis puncta numericas creditas notas, atque edi-

dit: «Io Napoleon III». Atque haec in civilibus armis, postridie calendas decembres, fuit una pro Napoleone pugnantium vox. Res omen portendere videbatur; Napoleonis tertii nomini ora populorum assueverant; populo igitur ius nominis datum, ne ille, pro quo pugnauerant, Napoleon alias videretur.

*
Equi nullius.

Ubinam? In Anglia. Londini enim nunc habent quamplurima equorum iuga, quae singula ultra quinque librarum (*francs*) millia aestimantur, quaeque palantia nullo a pastore, nullo ab armentario quae sita sunt. Age nunc; stabulis, victu opportuno, curis conditione equorum dignis haec iuga servanda sunt, ne redeentes quae situm domini damna pro mortuis, vel pro extenuatis, ac depretiatis exquirant.

Anno igitur integro vivent, non leve interea impendium repertori, quo tantum elapo tempore sub hasta venalia fient, prout lege cautum est apud Anglos.

*
Iustitia claudicans?

Hoc olim traditum de Iustitia, Horatio narrante:

Raro antecedentem scelestum
Deseruit Poena pede claudio.
(Lib. III. Od. 2).

At, siqua fides habenda forensibus communi-
tariis, videtur, geminis casu aliquo cruribus fratri-
cis, immobilem interdum stetisse Iustitiam. Ista
decerpsumus.

Inter comitem De Nevers et municipes Danzy anno Domini 1210 constituta lis est; absoluta finali decreto fuit anno 1848!

De proprietate nemoris Mourgoneil, apud altiores Pyrenaeos, agere iudicitaliter coepere, anno 1254 quaestione rite proposita, municipia Campan et Bagnères de Bigorre. Anno 1882 lata demum sententia est!

Iudicium initum est inter idem municipium Campan et quatuor vicos pagi Aneau anno 1251. Et adhuc sub iudice lis est!, supremi forsitan iudicij die (rebus gravioribus absolutis et secunda mensa posita) resolvenda.

Dum haec scribo iudex mihi quidam visita-
turus adest. Et legit, et suspirans imo pectore
exclamat: «Meliora pendentia aeternum iudicia,
quam semel male redditum!»

*
Ioci.

In canem lupus.

Ad iudicem, pro tribunali sedentem magna causidicorum frequentia, rusticus, qui adspectu et incessu quilibet homo videbatur, accessit; dum utrum consuleret, vel oraret.

Iudex, nihil suspicatus de scientia villici, ad causidicos, adventu suspensos, conversus ait: «Eequid sibi vult scarabeus iste?» Risus in omnibus; nam aliquid revera scarabeo simile incessu vestimentisque praeferebat.

Tum rudis ille haec iudicet: «Filium unicum, amantissimum mei, adolescentulum habeo. Is a te veniet accusatus hominem qui patri, mihi enim, iudex, contumeliam dixit, senem hominem, innocentem et prudentem, scarabeum publice appellans. Ego nunc, paterno usus iure, prohibeo quominus filii mei accusationem recipias, et lege facias. Nomen quippe illud merere fateor me, qui nesciebam vel sub polito marmore dormire scorpionem».

Et inculpabili mordacitate stupentes dereliquerunt festinus abscedens.

P. d. V.

T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemiis insigne



ABIANNO 1829 CONSTITUTUM

* ROMAE in ITALIA *

Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentium res in proximiorem a patentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuvis querenti explicatio erit uberior.



In Foro Campi Martii, 6

Praecipua Templa cereis instruit ubique ter-
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino-
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 200 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

PHILIPPUS VITI EQUES MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE

DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praeſatiunculam a Paulo Sabatier viro
rei longe peritissimo conſcriptam, continentur *laudes latine* cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima
editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

Desclée, Lefebvre & Soc.

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

H. GRISAR S. I.

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

(Traduzione dal tedesco)

Pars I (Tria volumina):

ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Veneunt Lib. 20.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, 87.

MONITUM

*Eorum omnium, qui in posterum inter commentarii socios recen-
seri volent, subnotatio fieri potest a superioribus kalendis Iuliis.*